HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 64r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



occisos intelligentes. ut qui causa erroris fuerant. prospera promittentes.
interfecti uerterentur in occasionē salutis. Et est sensus. Ne diceretis
prophetis credimus. etiā ipsos interfeci. ut omis uobis peccandi tolle
retur occasio. Legimus in regū uolumine. ccc. prophetas bahalim inter
fectos sub helia. et aliā innumerabilē multitudinē sub hieu qui sub
uertit domū ahab. Hęc eadē et ad hereticos et ad uirū iuda. qui simi
lia ꝑpessurus est. dicta sentimus. qd̄ ꝑuocæ eos dn̄s ad mīam. et reuer
ti cupiat ad salutē. sed illi delitias huius scli et refrigeria. quasi nube
ac rorē qui cito transeat consectentur. quib⁹ in euglio dicit. Stulte
hac nocte animā tuā repetunt á te. quę aū parasti. cui⁹ erunt. Et diues
ille purpuratus. qui ante fores suas iacentē laharū contempnebat.
omē qd̄ fruitus est instar nubis ac roris transisse cognouit. Semper
aū prophetas hereticorū interfecit ds̄. dū ęterna supplicia eis conminat
et aufert de uera uita. et in morte scelerū derelinquæ. Nos aū nube
diligamus illā. quę ꝑpetua est. et quę ámundi huius ardore nos pro
tegit. cui sedens dn̄s uenit in egyptū. et omā egiptiorū. symulachra
confregit. Amemus illū. rorē de quo moyses loquit. descendant sic
ros uerba mea. et de quo ysaias dicit. resurgent mortui et resuscitabunt
qui in sepulchris sunt. Ros enī qui á te est. sanitas eorū est. Sunt qui
prophetas interfectos uiros scōs estiment. eo qd̄ causa populi peccatoris.
etiā prophetę occisi sunt. et hostib⁹ traditi. Quia mīam uolui. et non
sacrificiū. et scientiā dī plus quā holocaustū. Ipsi aū sicut adam
transgressi sunt pactū. ibi p̄uaricati sunt in me. Lxx. Quia mīam uolo
et n̄ sacrifitiū. et scientiā dī magis quā holocausta. Ipsi u⁹ sunt sicut
homo preteriens testamentū. Qd̄ sequit in lxx. ibi contempsit me
galaad ciuitas. quę operatur uana. et reliq̄. sequenti capitulo coaptan
dū est. nos qd̄ posuimus disseramus. Dolaui eos in prophetis. occidi in
uerbis oris mei. grauia conminatus sum. ut misererer penitentiū.
ut lapsis atq; resurgentib⁹ porrigerē manū. neq; enī in sacrifitiis
delector et uictimis. et holocaustorū multitudine uictimę meę et
holocausta salus credentiū. est conuersio peccatorū est. Ipsi autē
imitati sunt adā ut qd̄ ille in paradyso fecerat. pactūq; meū legēq;
preteriens. ita isti in terra facerent. et ibi hoc est in paradyso omīs
p̄uaricati sunt in me. in similitudine p̄uaricationis adę. Non enī
mirū qd̄ in parente p̄cessit. si in filiis condempnet. Cottidie ds̄
et eos qui extra ecclām sunt. et qui peccant in eccla conmo
rantes. ꝑuocat ad penitentiā. et dicit eis. Misericordiam